



## **Policratici Contenta**

**Johannes <von Salisbury, Bischof>**

**Parrhisius, 1513**

[Incipit prologus libri quinti.]

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70332](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70332)

## Polícratíci de Curialiū nugis.

Incipit prologus libri quinti.



Non solēt ad vnguē grandia sine mora lustrari. Nec facile est puinciarū lōgitudinē/ & latitudinem in momēto trāscurrere. Sic res magna succincte quidem a sapiente interdū proponitur/ sed nunq̄ pfecte sub angustia nimia sermonis explanatur. Quid autem in humanis rebus maius est p̄ncipatu/ cuius officium quodāmodo omnia circuit/ implet/ & penetrat/ & quasi robore virtutis sue totius reipublice molem portat? Eius itaq; contēplatio tractū habet & morē exigit/ tū pre magnitudine sui: tum pre venustate quā in capite reipublice iocundū est omnib⁹ cōtēplari. Modesta ergo breuitate in inspiciendo corpore eius immoremur. Et quid plutarchus super hoc censeat audiatur. Nam deducta superstitione gentiliū fidelis est in sententiis/ in verbis luculentus/ & in sacrario morū tantus arbiter/ vt facile p̄ceptores traiani possis agnoscere. Si quid autē apud eum a fide diffētit/ aut moribus/ tempori potius q̄ viro ascribatur. Si enim virgilio licuit aurū sapiētie in luto enni querere: que inuidia est ea q̄ ad eruditionē nostram a gētilibus scripta sunt nostris p̄municare? His ergo omissis/ ad reliqua procedamus.

Comēdat plutarchum.

Epistola plutarchi instruentis traianū.

Cap. I.



Xtat epla plutarchi traianū istruētis que cuiusdā politice cōstitutiois exp̄mit sensū. Eadicit eē hmōi. Plutarchus traiano salutē dicit. Modestiā tuā nouerā nō appetere p̄ncipatū quē tñ sēp morū elegātia p̄mereri studuisti: quo quidē tāto dignior iudicaris/ q̄to a crimine ambitionis videris esse remotior.

Tue itaq; virtuti cōgratulator/ & fortune mee: si tñ recte gesseris quē p̄be meruisti. Alioqn te piculis/ & me detrahentiū linguis subiectū iri nō dubito/ cū & ignauiā ip̄eratorū roma nō ferat: et sermo publicus delicta discipulorū refūdere soleat in p̄ceptores. Sic seneca neronis sui merito: detrahentiū capitur linguis. Adolescētiū suorū temeritas in gntilianū refundit: & socrates in pupillum suū fuisse clementior criminatur. Tu nō quid vis rectissime geres si nō recesseris a te ip̄o. Si primū te cōposueris: si tua omnia disposueris ad virtutē/ recte tibi procedent vniuersa. Politice p̄stitutiois maiōꝝ tibi vires exscripsi/ cui si obtēperas plutarchū viuendi habes auctorem. Alioquin presentem epistolā

De Socrate/ Seneca/ et qn tiliano criminatis propter errores discipulorum.